Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



58

Vnde dicit & apostolus malitia par
uuli estote. Cum autem tradent uos
nolite cogitare quomodo aut quid
loquamini. supradixerat tradent
uos in concilia & in synagogis uestris flagel
labuntur uos. ad presides & ad reges
ducimini propter me. Cum ergo propter
xpm ducamur uoluntatem tantum
nram pro eo debemus offerre. Ceterum
ipse xpi qui in nobis habitat loquitur
pro & spiritu in respondenda gratia
ministrabitur. Tradet autem
frater fratrem in mortem & pater filium
& insurgent filii in parentes. Hoc imp
secutionib; fieri crebro uidemus. Nec ullus
inter eos fidus affertur quoq diuersa
fide. qui perseuerauerit in fine hic
saluus erit. Non enim cepisse sed p
fecisse uirtutis est. Cum autem
persequentur uos in ciuitate ista
fugite in aliam. Amen dico uobis
non consumabitis ciuitates israhel
donec ueniat filius hominis.